HIERONYMUS
12. Jh. Seite 41v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26076
Copyright: Admont, Benediktinerstift



sermonib; ut qđ in radice latet monstretur in germine. quę utraq; dñi in
cendio uorabuntur. Unde et apls radicē amaritudinis malorū sursū loqtur
germinantē. Ideo iratus ē furor dñi in pplm suū. et extendit manū sup
eū et pcussit eū. et cturbati s montes. et facta s morticina eorū quasi
stercus in medio platearū. In omnib; his n est auersus furor eius. s; adhuc
manus eius extenta. qm abiecerunt legē dñi exercituū. quā se daturū
p hieremiā dñs pollicetur dicēs. Ecce dies ueniunt dicit dñs. et feriā domui
isrl et domui iuda. fędus nouū n scdm pactū qđ pepigi patrib; uris.
in die qndo adphendi manū eorū. ut educerē eos de tra egypti. et ser
monē sci isrl blasphemauerūt dicentes. Demoniū habet. et samaritanus
ē. et nonne hic ē fabri filius. Idcirco iratus ē furor dñi in pplm suū. qui
prius iratus fuerat ctra principes et potentes qui sapientes erant in oculis
suis. et iustificauerunt impiū pmuneribus. et deuorauerat eos quasi
stipulā lingua ignis. et calor flammę excusserat. ut potentes potent tor
menta paterentur. et extendit manū suā aduersus eū quē uocat pplm
suū. eo qđ fuerit pars hereditatis eius. et funiculus possessionis illius. Ex
tendit autē manū ut pcutiat. et furor eius irascitur. De quo et in alio loco
legimus. Dñe ne in furore tuo arguas me. neq; in ira tua corripias me.
Et hieremias. corripe nos inqt dñe. uerumtam in iudicio et n in fu
rore. Furor aut dñi dicitur n quo humanis pturbationib; subiaceat.
s; quo nos qui delinqmus. nisi irascentē audierimus dñm n timeamus.
Unde et apls scribit. qđ bonitas di et patientia puocet nos ad pęni
tentiā. Nos aut scdm duriciā et inpęnitens cor nrm. thesaurizhemus
nob irā in die irę et reuelationis iusti iudicii di. Quę sit aut manus
quę extenditur uel eleuetur sup pplm peccatorē. iob loqtur manifestius.